

# **Cartulaire de Marmoutier pour le Vendômois.**

## **Appendix, Lavardin Nr. 24**

Noverit posteritas nostra quod Elinaunus de Fracta Valle dedit nobis monachis videlicet Sancti Martini Maioris Monasterii, ad locum nostrum constructum apud Lavarzinum in honore Sancti Martini, pro anima uxoris sue tunc defuncte et ut eam sepeliremus in eodem monasterio, duos solidos quos annuatim reddebant illi monachi nostri, de censu terre quam apud Pratellam tenent, et suam medietatem molendini qui est ad Alnetos, et duos arpennos pratorum in eodem loco. Pro molendino, auctoramentum Rotberti Nigrebodelle quesivimus, de cuius casamento erat. Ipse vero auctorizavit cum uxore sua ..... et nos illi dedimus X solid. et uxori sue IIos Horum autem omnium testes, donationis videlicet et auctoramenti presenti cartula subnotantur.